

**L**ocútus est Móyses pópulo dicens:

- <sup>15</sup> «**P**rophétam de gente tua et de frátribus tuis sicut me suscitábit tibi Dóminus Deus tuus; ipsum audiétis,
- <sup>16</sup> ut petiísti a Dómino Deo tuo in Horeb, quando cóntio congregáta est, atque dixísti: “Ultra non áudiam vocem Dómini Dei mei et ignem hunc máximum ámplius non vidébo, ne móriar”.
- <sup>17</sup> Et ait Dóminus mihi: “Bene ómnia sunt locúti;
- <sup>18</sup> prophétam suscitábo eis de médio fratrum suórum símitem tui et ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos ómnia, quæ præcépero illi.
- <sup>19</sup> Qui autem verba mea, quæ loquétur in nómine meo, audíre nolúerit, ego ultor exsístam.
- <sup>20</sup> Prophéta autem qui, arrogántia depravátus, volúerit loqui in nómine meo, quæ ego non præcépi illi ut díceret, aut ex nómine alienórum deórum, interficiétur”».

Verbum Dómini.